UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum - Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. IV. Ad cap. 10. x. de aetat. & qualit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Visual Library

cros autem Ordines dicimus Diaconatus atque Presbyteratus. Hos ſiquidem ſolos *primitivâ lege eccleſia habuerit, ſuper his ſolis habemus præceptum Apoſtoli:* Subdiaconis verò, qui & altaribus adminiſtrant, opportunitate exigente concedimus, *ſed rariſſimè,* ſi tamen ſpectatæ ſint religionis, & ſcientiæ, *& reliqua.*

CAP. IV.

Ad cap. 10. x. de ætat. & qualit.

SUMMARIA.

1. *Titulus S. Crucis in Hieruſalem.*
2. *Monaſterium S. Quirici.*
3. *Decanus S. Quiriaci Pruvienſis.*
4. *Monachi olim non erant inter clericos, & quando recepti.*

Tit. S. Crucis in Hier. INnocentius III. ſcribit Presbytero Cardinali tituli S. Crucis in Jeruſalem. Eſt unus ex viginti octo titulis, qui Presbyteris Cardinalibus ſunt aſſignati. Laudat diligentiam, quam ſuper monaſterio S. Quirici reformando adhibuerit. *Monaſterium Quirici.* Monaſterium hoc an ſit de *Squire* vulgo *de regulâ,* cujus fundator Wilelmus Sancius, filius, Burdegalenſium Comes, & totius Vaſconiæ Dux, juxta cum ignariſſimis ſcio. In martyrologiis Latinorum & menologio fit mentio S. Quirici & Julittæ martyrum, Tarſi Ciliciæ occumbentium. Translata fuiſſe horum martyrum corpora in Galliam per Amatorem, Epiſcopum Antiſiodorenſem, prædeceſſorem S. Germani, cum in orientem peregrinatus eſſet, refert Baronius martyrologio ad ſextum decimum Kal. Julii. Meminit Decani S. Quiriaci Pruvinenſis, *de Provins,* Honorius III. *capit. compilat. 5. de converſ. conjug.* Mandat Pontifex Monachum inſtitui abbatem. *Monachi clerici non ſunt.* Ante Siricium monachi non erant inter clericos *can. monachos 29. cauſ. 16. qu. 1.* A Siricio admiſſi in Clerum, & ad Abbatias poterant promoveri.

CAP. V.

Ad cap. XI. & XII. x. de ætat. & qual.

SUMMARIA.

1. *Decretalis hæc unde excerpta.*
2. *Inſcriptio reſtituitur.*
3. *Integra decretalis.*

4. E-